



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Florentino Et Fesvlano Episcopis, & Archipresbytero Pistoriensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

Epi. 161.
Responsum
eius consta.
49. Respon-
sum fuit & in
m.
quām per carnale commercium peccatum operari mortale. In secundo verò casu distinguimus utrum habeat conscientiam hūjuscemodi ex credulitate levi & temeraria, an probabili & discreta. Et quidem ad sūi pectoris consilium, conscientia levis & temeraria credulitatis explosa, lícet potest non solum reddere, sed exigere debitum conjugale. Verū cū conscientia pulsat animum ex credulitate probabili & discreta, quamvis non evidenti & manifesta, debitum quidem reddere potest, sed postulare non debet; ne in alterutro vel contra legem conjugij vel contra judicium conscientiae committat offendam. Tu ergo secundūm responsum prædictam super illo procedas articulo de quo nos consule re voluisti.

*FLORENTINO ET FESVLANO
Episcopis, & Archipresbytero Pistoriensis.*

Epi. 170.
Responsum
eius consta.
Hospitalis
sancti Alluci
propositus
Cuiuslibet
rector
Fidelium cap.
Pro ipsius
dilectione.
Inter dilectos filios Hospitalarios sancti sepulchri de Pisces hospitalis Ierosolymitanorum ex una parte ac fratres hospitalis sancti Allucij quæstione suborta, cū iudicium Hospitalariorum super possessorio quod semel & iterum, ex causis tamen dissimilibus, intentarunt contrariam sententiam reportassent, demum ad petitorum recurrentes per procuratorem suum coram dilecto filio Andrea Subdiacono & Capellano nostro, quem sibi & procuratori partis alterius auditorem concessimus, proponere curaverunt quod cū B. quondam rector & patres ac patroni eiusdem hospitalis sancti Allucij habitu communi tractatu deliberassen hospitalis ipsum Hospitalarius supponere supradictis, commiserunt in hoc tribus procuratoribus vices suas, communiter statuentes ut quod per ipsos super hoc fieret acceptarent. Qui postmodum ad prædictos Hospitalarios accedentes, cum eisdem taliter statuerunt, ut ad ipsum hospitale aliqui mitterentur qui eorum nomine recipient affigionem ipsius. Cū autem fratrem M. & B. propter hoc illuc transmisissent, iudicium in camera prædicti rectoris donationem & affigionem hospitalis prædicti tam à præfato magistro quām supradictis procuratoribus & aliis eiusdem domus fratribus receperunt. Et infra. Procurator autem partis alterius ex adverso respondit quod prædicta donatione debebat non immerito retractari, quoniam multis ex fratribus inconsultis à prædicto rectore ac paucioribus fratribus excommunicatis nihilominus & perjuris ac de te litigiosa & in fraudem Plebani de Pisces,

qui super eodem hospitali moverat quæstionem, fuerat celebrata; & hæc omnia proponebat sufficenter esse probata per depositiones testium productorum. Ad hæc verò parte altera multipliciter respondente, hinc inde fuit aliquandiu disceptatum. Nos igitur iis & aliis intellectis quæ coram Capellano prædicto partes proponere curaverunt, & ipsarum attestationibus diligenter inspectis, attendentes quod fratres & patroni sancti Allucij pro se immo potius contra se suam turpitudinem allegabant, videlicet perjurium, excommunicationem, & fraudem, non utique contra ipsos, sed ab ipsis commissam, & intelligentes donationem ab eis præfatis Hospitalariis factam puram ac simplicem extitisse, quia non deceptoribus, sed deceptis jura subveniunt, unde per ea quæ superius sunt proposita se contra factum proprium legitimè defendere non valebant, cū & quædam ex ipsis non fuerint comprobata, de consilio fratrum nostrorum hospitalis prædictum sancti Allucij cum pertinentiis suis Hospitalariis sancti sepulchri adjudicatae curauimus, ita quod per hanc nostræ distinctionis sententiam dioecesano Episcopo & Plebano de Pisces nullum præjudicium generetur, cū res inter alios acta non debeat alii præjudicium generare.

EPISCOPO PICTAVENSI.

Epi. 171.
Responsum
eius consta.
Cap. Licet un-
dique. De ejus-
jud. deleg.
L icet undique confluentum negotiorum multiplicitas copiosa nostrum animum ad varias curas impellere non deficit, fraternitas tamen tua, quam sincera complectimur in Domino caritate, sollicitudinem ad tempus deponere compulit quam in exequendis alijs ex debito pastoralis officij gerebamus, atque tuam dubitationem apostolico certificare responso. Cū igitur à nobis duxeris requirendum si causam aliquam tribus judicibus delegamus, in nostris apponi litteris illam clausulam facientes, Quod si non omnes iis exequenda potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur, & unus postquam commiserit cuidam ex aliis vices suas, de medio sit sublatus, tertius ut suspectus merito reculetur, an collega superfites suo nomine ac defuncti possit negotium dissinire, inquisitione tuæ taliter respondemus, quod si jurisdictione à suo sibi collega delata evivente uti non ceperit, quia mandatum hujusmodi re integra morte mandatarij expiravit, non habet solus officium judicandi. Si verò ante mortem illius jurisdictione uti cœperit taliter demandata, vi-

N n

Tom. II.